gatione.2. in alia instructione,que est.1.in ordine dicitur,quod omnes instructiones seruentur, segun q̃ ha sta aqui seá guardado, saluo lo que toca alos bienes cõfiscados,lo qual queda ala dispusicion del derecho. Paul. de Castro. loquitur singula. in hac materia.in.l.fi.C.de sacros. eccles. Bart. magistraliter resumit materiá paucis verbis in.d.l.in omnibus.Fráciscus Balbus singularissime.in tracta.prescriptio. in.2.par. quinte partis principalis.in.1.questione. fol.110.abb. in.c.cũ nobis de prescriptio.in.3.et.4.col.sequédo Bar.in.d.l. in omnibus et addédo ad eũ, facit singularẽ distinctionẽ inter fiscũ ecclesiasticũ et secularẽ,et dicit quod ad prescribéda bo

na

na hæretici contra fiscũ ecclesię, requiritur spacium quadraginta annorum a tempore mortis heretici, et quod prescribentes sint catholici et habeãt bonam fidem. per tex. in dicto cap. fin. §. 1. de prescrip. in 6. qui disponit, quod prescribuntur bona confiscata per quadraginta annos, non solum contra inferiores ecclesias, sed etiam contra ecclesiam Romanam, et hoc dicit esse speciale. contra ecclesiá Romanam in hoc casu. propter fauorem posidentium catholicorum. verũ est quod dicit, quod si sunt incorporata in fiscum ecclesię Romanę requiritur spacium cẽtum annorum, quod non est in alijs ecclesijs, quia siue bona sint incorporata, siue nõ

pre-

præſcribuntur quadraginta annis. reperto. inquiſitionis in parte defunctus. et in parte preſcriptio. nulla facta diſtinctione inter fiſcũ eccleſiaſticum et ſecularem, determinat, quod requirirur ſpacium quadraginta annorum: a morte hæretici, et quod poſſeſſores ſint fideles, et quod reputetur catholicus, hæreticus, tẽpore mortis. et quod præſcribentes, habeant titulum et bonam fidem. quæ omnia diſponit dictus tex. in dict. cap. fi. in. 6. preterquam de titulo. quia nullum verbum dicit de titulo, nec requiritur titulus, de iure canonico, ſed ſufficit bona fides. vt in. c. de quarta de præſcriptio. et in cap. primo. eod. titu. lib. 6. nec, doctores loquntur

ibi de titulo. imo quod magis est, quod dicta instructio. 21. contentatur sola bona fide, et non loquitur de titulo. sed Abb. in dicto capitu. cum nobis. seruat distinctionem, inter fiscum ecclesiasticum et secularem, et declarat omnia iura supra allegata, et dicit, quod si res fisci sunt incorporata in fiscum requiritur præscriptio quadraginta annorum. vt in. l. omnes. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum. et sic intelligitur text. per glos. et Doctores. ibi in dicto. §. res fisci. quia licet dicat dictus. §. res fisci. quod res fisci non præscribuntur. intelligitur, quando bona sunt incorporata: de præscriptione decem, vel viginti, et

triginta annorum, sed non de prescriptione quadraginta annorum, si vero non sunt in corporata, sed duntaxat delata, tanquam vacantia, vel ex causa publicata, in bonis delatis, sufficit tempus quinque annorum, in nostro casu. nam ad præscribenda bona hereticorum, sufficit quinquennium, sequendo Bart. in.l. secunda. C. de apostatis. idem tenet Philippus Francus in dicto cap. fin. de prescriptio.in. 6. et Balbus loco allegato. et sic videtur quod predicta instructio, fuit facta secundum ius, que conformat cum tex. et Bar.in d.l. 2.de apostatis: et cum glo.in.l. manicheos. C. de hereticis. et est cōmunis opinio doctrina abb. vt di

cit Balbus loco allegato, nescio quo spiritu ducti fuerunt condentes instructiones ad redendam dubiam prędictam instructioné, quia omnes cõcludunt quod in fisco seculari praescribuntur bona hęreticorum per quinquenium: computandũ a tempore mortis haeretici. et quod omnes leges loquentes. de praescriptione bonorũ delatorum in fiscum, siue sint bona vacantia. siue publicata: ex causa ex delicto, siue denuntiata; siue incorporata. seruentur, in fisco seculari. nec obstat si dicatur, quod nõ debet currere pręscriptio regi vel imperatori ignoranti: quem esse hęreticum, quia impedito agere nõ currit praescriptio: vt in.l.1.§. fina. de anali.

exce-

exceptio. C. quia respōdet Ancarra, in dict. cap. fina, loquendo in his terminis hereticorum in 9. notabi. quod in prescriptionum cursu, non attenditur scientia, vel ignorantia illius, contra quem prescribitur, vt est text. in l. fi. de prescriptio. longi tēporis. C. restat nūc, intelligere prædicta iura, quę diuersimode loquntur, et Bart. in dict. l. in omnibus, et Abb. melius in dict. c. cum nobis. dicunt provt dictum est, quod tex. in d. §. res fisci dicēs. res fisci nō vsu capi vel prescribi, loquitur in prescriptio. longi tēporis, quando bona sunt incorporata in fiscū, sed requiritur prescriptio, quadraginta anuorum. per tex. in l. non comperit de præscrip. trigin

ta vel quadraginta annorum, et sic declarant glo. et doctores in dicto. §. res fisci. et tex. in dict. l. intra quatuor. de diuersis et tempora. prescriptio. qui loquitur quadriennio loquitur quãdo bona vacantia siue delata sunt nuntiata fisco, nam lapso quadrienio post denuntiationem: prescribuntur, sed si bona vacantia siue delata nõ sunt denũtiata, tũc si prescribens habet titulum et bonam fidẽ, prescribit per decenium, et in hoc casu loquitur dicta lex, quãuis. ff. de vsucapio. aut possidentur sine tit. sed cum bona fide et prescribũtur per vigesimum annum, hoc casu loquitur dict. l. in omnibus. et quando cõfiscantur bona hereticorum, prescribuntur per

quin-

quinquennium, et sic loquitur tex. et ibi Bar.l.2. C.de apostatis. que loquitur de prescriptione quinque annorum, restat nunc intelligere, quádo bona dicantur incorporata in fiscum, et de hoc sunt iura clara in. l. si quando et in.l.si vacátia.de bonis vacantibus lib. 10.et declarat Pla.in.d.l.si vacátia, dicés quod tunc sunt incorporata in fiscũ, quá do eius nomine est apprehésa possessio, post declarationé iudicis declarátis dicta bona pertinere ad fiscũ, et in tantũ est verũ, quod nõ dicuntur incorporata in fiscũ nisi precedat declaratio, et possessionis apprehésio: quod etiá si bona cõfiscétur ipso iure. iuxta tex. in dict.c.cũ secundum leges de heretici. in. 6.

ita declarat. Pla. in dict. l. si vacantia. 1. colum. et vacantia bona dicuntur, quando aliquis decessit ab intestato sine consanguineis vsque ad decimum gradum, vel maritus sine vxore, et vxor sine marito. vt in dict. l. si vacantia et. l. parti. titu. 14. l. 6. par. 6. et bona delata sunt, quando cõfiscantur bona siue ipso iure siue per sententiam. vt per totum titu. ff. et. C. de iure fisci, et. ff. et. C. de his quibus vt in dignis, et bona vacantia et delata in substantia, quasi idem sunt. vt colligitur ex omnibus supra allegatis. et tenet Paul. in. l. fin. de sacrosanct. eccle. ex quibus omnibus traditis in hac questione inferuntur sequẽtes conclusiones.

PRI-

PRIMA conclusio.

PRIMA conclusio, quod ad prescribenda bona fiscalia, est discrimen inter fiscum ecclesiasticum et secularem.

SECVNDA conclusio.

SECVNDA conclusio, quod bona confiscata propter heresim, pertinentia ad fiscum ecclesia-

ſticum preſcribuntur quadraginta annis a tempore mortis heretici, ſi eodem tempore reputabatur catholicus, et preſcribentes ſint catholici et poſsideant cũ bona fide.

TERTIA conclusio.

TERTIA cenclusio, quod bona confiſcata propter heresim, pertinentia fiſco ſeculari, præſcribuntur per quinquenium, a tẽpore mortis heretici anteaquam accuſetur dumtamen preſcribentes ſint catholici, et habeãt bonam fidem.

QVARTA conclusio.

QVARTA conclusio, quod in alijs bonis delatis fisco seculari, preter heresim vel quia sunt vacantia, post denuntiationem prescribuntur quadrieunio.

QVINTA conclusio.

QVINTA conclusio, si predicta bona nõ sunt denũtiata, prescribũtur decennio cũ titulo et bona fide, et sine titulo per viginti an-

ti annos cum bona fide.

SEXTA conclusio.

SEXTA conclusio, quod bona incorporata in fiscum prescribuntur quadraginta annis.

Vnum tamen non omitto, quod est singulare; quod non reperio tactum per doctores in specie que est ratio, quod bona hereticorum prescribãtur per quinquenium; et in alijs confiscationibus requiritur maius tempus, ego credo quod est speciale impietaté catholicorum descendentiũ ex he-

reticis,

reticis, pro vt dicit Abb. in dictō. c. cum nobis, et doctores in dict. c. si. de prescriptio. in. 6. quod contra ecclesiam Romaná currit prescriptio hoc casu quadraginta annorú cum sit regula generalis, quod ad prescribendum contra Ecclesiam Romanam est necessaria prescriptio centenaria, sit propter posidétes catholicos, et infauorem eorum, ego do aliam rationem: quia in vita heretici, licet eius bona possideantur per multum tempus, nó currit prescriptio, nimirum si post morté heretici, a morte eius currat prescriptio per quinquennium. et sic, si mihi casus occurreret, practicarem predictam instructionem, quia consonat iuri communi.

et ſi condentes eá, voluiſſent quod requireretur preſcriptio quadraginta annorum, declaraſſent, ſed cum ſint tot iura diuerſa, in preſcriptione bonorum fiſcalium ſupra relata, noluerunt diſponere, recuſando laborem, ſed quod eſſet caſus omiſſus, et relictus diſpoſitioni iuris communis. et ita audiui tenere Licentiatum Malpartida, qui fuit cõſiliarius regalis, dum eſſet in hac ciuitate, quia fuit capellanus maior Capelle regalis Regum nouorum, qui conſultus ab Inquiſitoribus predicte ciuitatis: tenuit, predictam inſtructionem eſſe veram: et ſecundum ius commune qui quidem Licentiatus fuit maximus literatus, et hec nõ ſunt con

temnen-

temnenda: ſed multú notáda, quia eſt materia intricata et forte nó inuenietur alibi ſic enucleata.

QVAESTIO decimaſeptima.

DEcimoſeptimo quero, et eſt queſtio ſatis dubia ſi aliquis poſsidet bona vinculata, et comittit crimen hereſis, et ſecundum naturam vinculi, quia eſt tertiú, et quintú vinculatum cú onere reſtituendi ſubſtitutis ad vinculú, et nó poteſt perdere predicta bona

an durante eius vita gaudeat fiscus vsufructu, an statim veniat ad substitutum, taliter quod ille substitutus habeat proprietatem et vsum fructum. questio est ardua quã disputauit Alexan. consilio. 23. in primo volu. vbi cõcludit quod statim admittitur substitutus non expectata morte naturali. Idem. Alex. in consilio. 97. 3. volumine. Idem Segura in Repetitione. l. coheredi. §. cum filie num. 246. ff. de vulga. et popula. sed cõtrarium tenet Angel. in. l. Pampinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. colum. 2. singulariter Albericus in l. peto. §. predium. ff. de legatis. 2. Paul. de Castro in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. speculator

de

feudis verſicul. 40. §. de homagis per tex. in. l. ſtatius florius. §. Cornelio fęlici de iure fiſci. ff. qui videtur caſus expreſſus de hoc Plate. in l. 1. de penis fiſcalibus lib. 10. et ita per illum text. practicatur, quod durante vita condemnati, fiſcus vtitur vſu fructu, et ad eum non reſpõdent. Alexan. et Segura. poteſt tamen reſponderi, quod ibi loquitur, in fideicommiſſo conditionali. ex eo, quia illa mulier, fuit grauata reſtituere poſt mortem. et ſic erat incertum, an, fideicommiſſum eſſet exiturum, nam, fideicommiſſario ante mortem grauati decedente deficit fideicõmiſſum, quia cõditionale. vt in. l. hęres meus. ff. de cõdi. et demonſtra. et. l. vna. §. ſin au

tem. C. de caducis tollen. ideo, pẽdente conditione, retinet fiſcus, ſed in bonis ſubiectis reſtitutioni, in quibus ſunt vocati. omnes de agnatione, ceſſat prędicta ratio. Et hęc reſpõſio, colligitur clare, ex dicto. §. Cornelio. ibi, quia interim mori poſsit, et in finalibus verbis, ibi, ideo a petitione repellitur. et glo. in parte cõſtitutum eſt; ſentit hoc clare, reprobando allegationem felicis. ex eo, quia nõ dicitur creditor, cui debetur ſub conditione, vt in. l. is cui. ff. de actio. et obligat.

QVAESTIO decimaoctaua.

DEcimooctauo quęro,et eſt etiá dubia, et dubitatiſsima quæſtio, et quotidiana:vtrum,herericus occultus acqui quirit fiſco,videlicet: ſi aliquis inſti tuit hęredé hęreticũ:vel ei donauit aut,legauit aliquid: anteaquam ſit declaratus hæreticus, ignorans illum eſſe hæreticum:ſi hęreditas do natio,vel legatũ, veniet ad fiſcum,

vel, ad ſubſtitutum, vel, coniunctũ aut, aduenientes ab inteſtato. vt in l. vna. §. in primo, et ſecũdo. C. de cadu. tollen. et licet, plura, poſſent acumulari: adducã principalia fundamenta pro vtraque parte, et pro parte affirmatiua, quod veniat ad fiſcum. facit. l. 4. titul. 3. 6. partita, quæ videtur velle, quod ad hoc, vt dicatur, hęreticus incapax acquiſiſitionis: requiritur ſententia declaratoria, cuius verba ſunt. Otroſi dezimos, que el que es juzgado por hereje, no puede ſer heredero de otro. ponderandus eſt tex. en quanto dize iuzgado, quia de notat declarationem: vt non poſsit eſſe hęres, ad idem eſt text. et clarior, in. l. 4. tit. 26. par. 7. cuius verba ſunt,

in finalibus verbis. Otro si dezimos, que no le pueda ser dexada manda en testamēto de otro:ni ser establecido por heredero de otro hombre,y aun dezimos,q̃ no deue valer su testamento, ni donacion, ni vendida que le fuesse hecha,ni la que el hiziesse a otro de lo suyo: del dia que fuesse juzgado por hereje en adelante. ergo bene sequitur,et clare,quod ante illam diem, qua fuit declaratus hæreticus: potest acquirere fisco. hęc duę leges. videntur decidere clare hanc quæstionem,quod ante declarationem legatum factum,hæretico,vel hæreditas valet. et per consequens acquirit fisco. et pro hac parte facit doctri.abb. in cap.nihil de electio.

ibi quartus casus, vbi tenet, quod si prælatus fuit priuatus prelatura, tenent omnia gesta per ipsum esse valida: si fuit occultũ, incidisse in hæresim, anteaquã declaretur. ex quo infertur, quod ante sententiam declaratoriam, non dicitur incapax ad acquirendum, sed pro contraria parte negatiua, imo, quod hæreticus occcultus, est ipso iure incapax bonorum: et per consequens, non acquirat fisco. facit text. in. l. si inmetallum. ff. de his quæ pro non scrip. et in. l. secunda. C. de heredi. instituen. vbi probatur, quod id, quod relinquitur damnato immetallum habetur pro non scripto et venit ad substitutum, vel, aduenietes ab intestato. secũdo pro hac

parte,

parte, facit determinatio Ioannis. Fab.in.§.legari. instit. de lega.vbi dicit, quod nõ valet legatum factũ heretico:et loquitur indistincte, sit occultus vel non. ad idem est text. in.l.10. titulo de las mandas foro legũ lib.3.cuius verba sunt. defendemos q̃ ninguno pueda mãdar de sus cosas a ningun herege.et sic loquitur indistincte. Tertio facit tex. in.c.excõmunicamus,el grande de hereti. in.§. credentes, vbi hereticus,est incapax,acquisitionis bonorum actiue et passiue,nulla facta distinctione: an sit ante declarationẽ vel post declarationem.et Ioan, de Anania ibi in.2.columna. numero 7.dicit hec verba,quid faciendum de illa hereditate : quæ defertur

istis, qui capere non possunt. quia sunt intestabiles etiam passiue, vtrum, vadat ad successorem, vel fiscum. vbi determinat, quod vadit ad alium successorem, quia ista hæreditas, videtur pro nõ scripta, quæ non vadit ad fiscum. allegat tex. in dict. l. si in metallum. ff. de his, quæ pro nõ scrip. quia ad hoc, quod veniat fiscus est necesse, quod ille, cui aufertur hereditas, habeat nomen heredis. l. Pampinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. alias, cum nihil fundetur, in persona non capacis, ergo nihil est, quod fiscus posit acquirere. hæc sunt verba Ananiæ loco allegato, qui nulla facta distinctione: an sit declaratus hereticus, vel non, determinat nostram questio-

ſtionem in terminis. ad idem eſt.l. parti.titu.7.l.fi.6.part.quæ idem ad literam diſponit, nulla facta diſtinctiõe, imo loquitur videri meo in heretico occulto, et ſic, in noſtro caſu in terminis. En quanto dize, y aun dezimos que ſi el teſtador, eſtableſciere por ſu heredero a alguno, cuydãdo ſin duda ningũa q̃ era ſu hijo, q̃ ſi deſpues de la muerte fueſſe ſabido en verdad, que no era, perderia porende el heredero, tal heredad, porque no la merece auer, pues que ſabido es verdaderamente que no es ſu hijo del finado, pero tal herencia como eſta, no ſeria del Rey, mas de los parientes mas propinquos, del teſtador ſi los vuiere. concordat text. in.l.fi.ff.de

hered. inſtituen. dize luego la ley, eſſo miſmo ſeria, ſi algun Chriſtiano eſtableſcieſſe por ſu heredero, algun herege, moro, o judio, que la heredad en que fueſſe eſtableſcido do por heredero alguno deſtos ſobredichos, auerlayan los mas pro pinquos pariẽtes del teſtador, y no el Rey, maguer, eſtos no la mereſcieſſen auer, et ideo, cũ iſta dictio, eſſo miſmo inducat repetitionem, precedẽtis qualitatis. vt in. l. in repe tendis. ff. de lega. 3. et ibi Bar. et Al beri. eſt idẽ dimittere, heredẽ here ticũ, exiſtimãs illũ eſſe catholicũ ſi cut ille qui inſtituit heredẽ aliquẽ, tanq̃ filium qui nõ erat filius ſuus. 4. videtur mihi de hoc caſus expre ſus in. l. ſi in metallũ de iure fiſci. ff.

qui

qui expresse videtur decidere hanc questioné, nam dicit quod relictũ damnato immetallũ ante sententiá, ad fiscũ non venit, iũcta glo. ibi que dicit quod in relicto post senté tiá, erat minus dubiũ. et sic probatur, quod ante sententiá non acquirebat fisco. et per illá. l. cũ glo. probatur clare, et videtur tenendum, quod hereticus occultus nó acquirit fisco quia si hoc procedit in dãnato in metallũ, a fortiori in hereti co, cũ grauius sit eterná quam tem poralem ledere magestaté. c. vergẽtis pro hac parte allego. l. parti. que caret respõsione, que est. l. 5. ti. 25. par. 7. cuius verba sunt. y aũ de mas desto, mãda q̄ le vuieré hecho o hiziere el a otro, de aquel dia en

adelan

adelante que le entro en el coraçó de hazer lo: no queremos que vala. et tex. loquitur, in apoſtata. et ſecundum Hoſtien. in cap. 1. de apoſtatis, apoſtata, per fidei punitur vt hereticus, quia hereticus eſt: exquo receſsit a fide. et habet locum in apoſtatis: iura loquentia de hereticis, ſequitur Abb. et Anania. in dicto cap. 1. de apoſtatis. 6. et finaliter allego cóſilium Soci. 22. volu. 1. qui determinat hác queſtionem pro hac parte per pulchra fundamenta, que non curo recitare. ſed ero contentus remiſsione. et inter alia allegat vnum ſingulare fundamétum, ſcilicet, quod eoipſo, quod quis comittit crimen lege mageſtatis: amittit dominium ipſo iure, vt

tenet

tenet Dinus in. l. Imperator. ff. de iure fisci. et ibi Bar. per. l. penul. et fina. C. ad. l. Iuli. magestatis. et est l. 5. tit. 2. part. 7. et idem in heretico, et a fortiori per tex. in dict. cap. vergentis de hereti. et est casus expressus et vulgaris. in cap. cum secundum leges de hereti. lib. 6. si ergo ipso iure, amittit omnia bona a die commissi criminis, a fortiori efficitur in habilis, ad acquirendum alia bona. Argumento. tex. in cap. quemadmodum de iure. iurand. quia facilius aliquid retinetur, quá de nouo acquiratur. l. patre furioso, de his qui sunt sui, vel alieni. ff. et in. l. pluribus §. et si placeat. ff. de verb. oblig. nec obstant, leges par. in contrarium allegate, quia probant

bant a contrario ſenſu quod nõ ha bet locum, quando reperitur contrariũ iniure. vt in. c. a nobis, el grã de, de ſent. excõmu. et quod reperiatur diſpoſitũ cõtrariũ. eſt tex. in d. l. in metallũ. ff. de iure fiſci. et in d. l. 5. tit. 25. part. 7. et in. d. l. fi. tit. 17. 6. part. Itemquia ille leges partite non negant, quod hereticus occultus, non acquirat fiſco. maxime quod dicta. l. quarta corrigitur per tex. in dict. cap. cum ſecundum leges de hereti. lib. 6. cui in hoc ſtandum eſt, vt dicit Gregorius Lupus in dict. l. 4. et tradit Ioannes Faber in principio inſtutu. quibus aliena, liceat vel non, et dicit ipſe et beue, quod ſi hoc ſanxit. l. par. incrimine leſe mageſtatis, vt habetur in. l. 4.

tit.

tit.2.ſupra ea parti.idem et multo fortius in crimine hereſis,cum longe grauius ſit eternam,quam temporalem ledere mageſtatem.c.vergentis de hereti.et in authen.gazaros cod.titul.C.nam ſtandú eſt,in hoc iuri canonico,quia delictú hereſis,eſt mere eccleſiaſticú. in.c. Inquiſitionis.§. ꝓhibemus de hereti. lib.6.Idem tenet Palatius Ruui.in ſua repet.fol.82.in.§.ſed pulchrú eſt.4.col.Abb.in.c.1.de offi.ordi. ſed poterit quis dicere, quod predicta.l. partitę. dicit duo, quod poſt declarationem,nihil valet donatio facta ab hęretico,nec ſibi facta,nec venditio, et licet corrigatur, in alienatione, a die cómiſsi criminis per tex.in dict.cap.cum ſecundum

leges

leges. non tamen corrigitur in acquisitione. quia tex. in dict. cap. cũ secundũ leges, non loquitur in acquisitione, solummodo loquitur in alienatione, et non in acquisitione, quia respondeo secundum. Bal. in l. 2. C. de in dicta vidui. tollen. 2. colum. et in authentica quas actiones, de sacrosanct. eccle. et Pau. ibi 2. colum. et ait, quod in correlatiuis correctione facta in vno, correlatiuo: cẽsetur facta in alio. et cum alienare, et acquirere, sint correlatiua, vt probatum est in dicto consilio Soci. et est notum in iure correcta prædicta. l. in alienatione, censetur correcta in acquisitione. nec obstat doctrina Abbatis. allegata in dicto cap. nihil de electio. quia

substi-

ſubſtinetur ex ratione. tex. in. l. bar barius. ff. de officio præto. quia eſſet maximum inconueniens quod retractarentur omnia acta, per prelatum occultum hæreticum in officijs, et beneficijs, et iuriſdictionalibus, quia irritarentur, proceſſus et ſententię et ſimilia, quod non eſt dicendum, quia eſſet, contra vtilitatem publicam. ſecus eſt, quando vertitur prȩiudicium contra vtilitatem priuatam. ita tenent docto. in dict. l. Barbarius. et Ioan. Faber in. §. ſi cum aliquid. inſtitu. de teſta. fina. colum. vt refert et ſequitur Iaſon. in dict. l. Barbarius. nume. 67. Bald. in. l. non omnis. §. 1. ff. ſi certum petatur. Abb. et doct. in cap. ad probandum de re. iudi.

glo.expressa in cap.2.§.fin.de hæreti.in. 6. qnam tenet ibi dominicus, et Philip.licet alij doctores, nõ allegent eam in prædictis locis, et secundum hanc decisionem, quæstionis, bis pronũtiaui et meæ senté tię, fuerunt confirmate, in consilio Inquisitionis. post multas altercationes, quia dominis consiliarijs vt audiui fuit sibi hæc quęstio valde dubia.

QVAE-

QVAESTIO decimanona.

DEcimono no quæro, ſi pater commiſsit crimen hęreſis, qui dederat aliqua bona in peculium profecti-cium, filio, ſi confiſcabitur prædi-ctum peculium, et videtur dicen-dum quod non per tex. quem Bar. et docto. ibi dicunt ſingularem, in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minori. Bar. et cõmuniter docto. commendant eum in. l. ſi finita. §. ſi de vectigali-

bus. ff. de damno infecto. et ibi dicit Ioan. de Imola. credere non esse alibi illum casum, et hanc conclusionem tenet Bald. in. l. 1. qui bo. cedere po. dicens esse mirabile, quod si pater, est ciuiliter mortuus, non succedit fiscus in peculio profectitio, sed remanet apud filium. vt in dicto. §. sed vtrum. Iason. §. actiones, instituta de actio. num. 42. Sa licet. in. l. si quis. post hac de bonis damna. et est communis conclusio, sed hoc nõ obstante dico, quod in nostro casu debet confiscari prædictum peculiũ profectitium, quia secundum. Ioan. de Imola. et Alex. in dicto. §. si de vectigalibus. colũ. 20. et. 21. limitatur, nisi pater esset damnatus de crimine læsæ magestatis.

ſtatis,tunc etiam confiſcatur.probatur in.l.quiſquis.C.ad.l.Iuliam mageſta. iunctis his quę ibi notantur. et ſi hoc eſt verum in crimine lege mageſtatis,multo magis incrimine hæreſis. vt in cap.vergẽtis de hære. maxime,quod ſi pater commiſsit tale delictũ: ex quo condemnato patre, filius efficitur ſui iuris. tunc deſinit eſſe peculium. vt in. l. fina.C. de in officio. et confiſcantur tanquam bona paterna. caſus eſt ſingula.in.l.1.§.ſed ſi alio,verſ. ſed ſi morte, quando actio de peculio eſt annalis. ff. omnia hęc tenet Xuarez in.l.poſt rem de re iudi.ff. colum.3.et.4. fol.118. ne ſim fur laboris alieni licet oblitus fuit tex. in cap.2.§.filij.de hęreti.lib.6.vbi

est tex. quod per delictum, hæresis commissum a patre, liberatur a patria potestate filius, quem tex. commendant ibi Ioan. Andr. et Dominicus, et Ancarra. et Philip. et dicunt vnicũ, et singularem, et sic ex vtroq; capite in crimine hęresis cõfiscatur pecnliũ profecticiũ: sed in aduẽtitio nõ est dubium: nisi quod nõ confiscatur circa proprietatem cum sit filij, sed est dubiũ: si viuente patre, confiscabitur vsus fructus, Bart. in. d. §. sed vtrum dicit, quod dubitari potest, tamen quod vidit seruari: quod confiscetur. Argumẽto tex. in. l. si postulauerit. ff. de adulte. et in. l. statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. Salice. in. l. si quis post hac de bonis damna. videtur

residere in opinione, quod vsus fru ctus non confiscetur, sed quod remaneat filio. Bart. supra allegatus tenet contra: per prædicta iura. Imo, quod viuente patre, publicetur, quod dicit Xuarez, bene notandum loco supra allegato, sed in nostro casu, in crimine hæresis, tenerem contrarium. Imo, quod non publicetur vsus fructus. Sed quod reddeat ad filium, Quia ratione patriæ potestatis acquiritur, vsus fructus, vt in. l. cum oppor- tet. C. de bonisque libe. cum vulgaribus, et per crimen hęręsis, filius liberatur a patria potestate, vt in di cto cap. secundo, de hęreti. in. 6. ergo filius, cessante patria potestate, sicut cessât in nostro casu, habebit

vſumfructum, et hoc eſt quottidianum, ſed vt nihil remaneat indeciſum: circa omnia peculia. eſt videndum. an propter delictum filij: confiſcentur bona caſtrenſia ipſius filij. et ad hoc eſt tex. in. l. ſi filius. C. de bonis damna. qui determinat quod confiſcatis bonis filij, non cõfiſcantur bona caſtrenſia. et hoc tenẽt Cinus. Bald. et Salic. in dict. l. ſi filius. vbi dicũt, nõ obſtare quod cõfiſcatis bonis alicuius: omnia bona eius confiſcantur, ſed peculium caſtrenſe eſt filij, ergo debet confiſcari, quia reſpõdent, quod verum eſt quod bona pertinentia ad delinquentem debent confiſcari: quã do expectant ad eum iure communi: ſecus in ijs quæ pertinent ad ipſum

ſum de iure ſpeciali,vt eſt caſtrenſe peculium,quod habet miles de iure ſpeciali. et idem tenet Angel. in dicta.l.ſi filius.Bart. Imo, Paul. Caſtrenſis in dict.l.ſi finita.§. ſi de vectigalibus de dāno infecto.Ioan. Lopez in repetitio.rubricę. §.68. num.24. Xuarez loco ſupra allegato. ſed in noſtro caſu ego tenerem contrarium,imo,quod confiſcentur bona Caſtrenſia,in crimine hereſis.per ea quę dicta ſunt ſupra in peculio profectitio,maxime quod in queſtione hac.ſunt qui tenent contrariam opinionem, imo, quod confiſcetur peculium Caſtrenſe.vt tenent Angel.et Romanus in.l.ſi filius. ff.de damno infecto idem Roma.in dicto.§.ſi de ve

galibus num. 15. et idem practicarem ſi in meo tribunali caſus eueniret quia hucnſq; non venit.

QVAESTIO vigeſima.

VIgeſimo quero, de quæſtione quotidiana, et neceſſaria, ſi hereticus recóciliatus, erit exemptus ab obligatione creditorum taliter, quod ſi fiſcus, qui ſucceſit in eius bonis, poteſt ſol-

uer e omnia debita: poſsint credito res, habere recurſum, cõtra perſonã delinquenté, et eius bona acquiſita poſt reconciliationé. hęc queſtio mouetur, per Paul. Caſtrenſem in. l. ſi marito. ff. ſolut. matrj. numero quarto, et ibi concludit, quod, quando bona alicuius, transferuntur in tertium ex contractu. non eſt in voluntate debitoris liberare creditores, a ſua obligatione. per text. in. l. 2. de heredita. vel actione. vendita, et in. l. pacto ſucceſſorũ. C. de pactis. quia ſi aliquis habet creditores: et védidit hereditatem ſuã, vel omnia bona, remanet obligatus ad ſoluéda debita ſua: ſecus quando ſua bona tráſeunt, ex diſpoſitione legali, quia

l. bene

l. bene poteſt liberare aliquem et transſferre ſuam obligationem in aliũ. et hoc cõtingit quando tráſeunt per confiſcationem, allegat text. ad hoc in. l. ſi debitori. ff. de fide iuſſo. quæ nihil facit ad propoſitum. poterat vel voluit allegare text. quia adhoc eſt expreſſus in l. ſi debitori. C. de ſenten. paſsis. et ibi Angel. et Salice. qui ſic intelligunt, et probat expreſſe tex. ibi dũ dicit, eris tamen alieni ex pręceden ti tempore liberatur, ſed operęprętium eſt videre, ſi poſt reconciliationem: reconciliatus venit ad pinguiorem fortuná: ſi creditores quos ante recõciliationẽ habebat eũ po terunt conuenire. et Angel. ſingulariter. et expreſſe tenet, quod non

in dict. l. ſi debitori. C. de ſenten. paſsis. et eſt tex. et ibi glo. in. l. tutor. C. eodem in quantū dicit tex. quanquā locupletior ſit. quod ego intelligo quando bona confiſcata ſufficiunt ad ſoluenda debita delinquentis, quia imputent ſibi creditores ſi non petierunt et intentarunt ſuas actiones cōtra fiſcum, ſed ſi nō fuerunt ſufficiētia, in eo quod defuerunt ſoluet predictus delinquens, reconciliatus de bonis queſitis poſt reconciliationem. Argumento tex. in. l. 1. C. de fide iuſſo. et quia creditores propter eius delictum non debent amittere ſua debita ſine culpa ſua, et delinquens non debet reportare commodum ex ſuo dolo, quia dolus alicui patroci-

trocinari non debet, vt sunt iura vulgaria.

QVAESTIO vigesimaprima.

VIgesimopri mo quæro, et hec questio potest multotiens, contingere in susceptoribus fisci, quia ex pecunia fiscali: susceptor emit aliquẽ rem suo proprio nomine, vtrum queratur dominiũ fisco vel dicto susceptori, et videtur quod sibi queratur, per tex. in. l.

si ex ea. C. de rei vẽdica. et in. l. 1. si quis alteri vel sibi, et in. l. patruus. C. Commu. vtriusque. iudi. et est l. parti. quinta. lex. 49. titulo. 5. quę iura dicunt, quod si aliquis ex pecunia aliena, emit aliquam rem: suo proprio nomine, et est sibi tradita: queritur, sibi dominium, sed predictis iuribus non obstantibus, determinat cõtrarium: Franciscus Lucanus insuo tractatu de fisco, ibi vndecimus casus in. 2. columna. dicens, quod in fisco, res succedit loco pretij, sicut in ecclesia, et in minore et milite, et quod potest vendicare predictam rem in subsidiũ, et non alias, allegat notata in. l. si proponis. C. de rei uendica. et nullum aliud verbum dicit, sed loquẽdo rẽ

do resolutiue et vere in hoc casu, est distinguendum, et hanc distinctionem facit Bald. in dict. l. si proponis. quem refert et sequitur Gregorius Lupus in dict. l. parti. supra allegata, quod aut aliquis emit proprio nomine ex pecunia illius cuius administrabat bona sua, vt est tutor vel curator vel prelatus ecclesiæ, vel qui tenebat administrationem bonorum militis. et in hoc casu: competit his rei vẽdicatio. quia dominium fuit eis quæsitum, et nõ ementi, et loquendo in tutore vel curatore, est tex. in. l. curator. C. arbitrium tute. et in milite. est tex. in dict. l. si proponis et idem dicit. ibi gloss. in ecclesia que approbatur cõmuniter, et omnes hos casus ponit

prædi-

prædicta.l.partite,et est speciale in milite, et minore, in ecclesia quæ vtitur iure minoris, et sic habent electionem: aut vendicare rem, aut petere pecuniam. et idem erit in fisco: qui ita est priuilegiatus sicut minor et ecclesia. vt est: l. fina. titu. fina. 6. parti. licet, de iure communi sit dubiũ, ex quo infertur: quod non bene dicit Franciscus Lucanus, in quantum dicit, fiscum vendicare rem, in subsidiũ, et non alias aut ex ista pecunia, minoris, ecclesię, militis et fisci, emit extraneus suo nomine: qui non erat administrator. et loquẽdo in milite est idẽ quod si emeret eius administrator, et est speciale in milite, et licet in hoc fuerunt opiniones contrariæ,

quas citat dictus Gregorius Lupus in.d.l.parti.vbi refert doctores qui fuerunt contrarij,quos non curo recitare, quia esset super fluum. d. l. parti.in distincte determinat:qnod à quocunque ematur : quæritur dominium militi. et in hoc residet ibi lupus , aut loquimur in minore , et ecclesia, et fisco, et tũc tenuit Bar. in.d.l. si proponis. quod non efficitur minoris,et ita đ singulis,ex quo infertur quod in hoc casu, non cõpetit sibi vendicatio , nisi in subsidium: quando emptor nõ esset soluendo. idem tenet in. l.filiæ. ff.de solutio , quia res empta succedit loco pretij:et quæritur dominiũ ipso iure , minori , fisco et ecclesiæ , sed Bal.et Salice .in.d.l. si propoponis

de rei

derei vendica. tenent contra, imo, quod non competit ſibi vendicatio, in ſubſidium, ſed hippothecaria. per. l. 3. ff. de rebus. eorum, ex quo infertur quod fiſcus, et ſic, de ſingulis ſupradictis, non eſt dominus. vt in. l. nec pinus. ff. de regu. iuris. et ſic eſt concludendum ſecundum lupũ ibi: quod extraneo emẽte ex pecunia priuilegiati: nec in ſubſidium, res empta erit minoris, vel fiſci vel eccleſiæ, ſed aget hippothecaria: ad habendam ſuam pecuniam.

QVAESTIO vigeſimaſecunda.

Vigeſimoſecundo quæro, ponamus caſum, q̄d ſuſceptor fiſci: nomine eius vendidit rem alienam, vtrum valeat talis vẽditio. et eſt caſus notabilis licet vulgatus. in. l. bene azenone. C. de quadri. pręſcriptio. in. l. omnes eodẽ tit. quę dicũt: et diſponunt, valet talis venditio, ſed fiſcus tenetur re-

dere pretium domino rei. dum tamen ab ipso domino, petatur infra quadriennium, concordat. l. partite. 53. titu. 5. parti. 5., sed post quadriennium: non potest petere pretium, sed prædicta iura habent plures limitationes, quas ponunt doctores in. l. omnes eod. tit. Cursetus ponit nouem limitationes, in repertorio Abba. in verbo. l. quas non curo recitare, quia ibi possunt videri. solummodo pono tres principales limitationes, et est, quod prędicta. l. nõ habet locum in principe non posside nte prædictá rem. ita Bart. in. l. fi. C. si contra ius, vel vtilita. et ibi docto. moderni. secũda limitatio est: quando princeps posideret cum mala fide. quia sci-

ret rem esse alienam, nam, hoc casu nō haueret locum prædicta alienatio. glo. in. l. vna de venditio rerum fisca. lib. 10. et in. l. 2. de communi rerum. alie. et ibi Bar. abb. in c. 2. de rebus ecclesię non alienam. Tertia limitatio, quod non habet locum prędicta. l. in minore, quia minor, potest petere restitutionem in integrum, contra fiscum. l. 1. C. si aduersus fiscum, secūdum Ange. in. l. 1. de fide instrumento. et iure hast. fisca. lib. 10. in sua repetitione.

QVAESTIO vigeſimatertia.

VIgeſimotertio quæro, quia hic tractatur de materia fiſcali, et dicit text. in. l. non puto de iure fiſci. ff. quod in dubio, eſt iudicandum contra fiſcum, neceſſarium eſt intelligere hanc. l. et repertorium, Inquiſitionis, in parte fiſcus in fine, dicit, quod in dubio iudicandum eſt potius contra fiſcum, quod intelligit, ſiue ſit du-

dubiũ in probationibus, quia ſunt pares probationes: ſiue ſit dubium in iure. ſed dicit, quod Ioan. Andr. et Anto. videntur tenere contrariũ videlicet, quod cauſa fiſci, eſt fauorabilis, ſicut cauſa matrimonialis, allegant Anto. in cap. in noſtra, de teſti. et Ioan. Andr. in additio. ſpe. titu. de teſte. §. qualiter. Mattheus matheſala. in notabili. 72. extẽdit generaliter, procedere dictam. l. ſiue ſit dubium in iure, ſiue in ſententijs. quia duo iudices, protulerunt diuerſas ſententias: ſiue ſit dubium in probationibus vt dictum eſt. cõfirmatur, quia ſi duo inſtrumenta reperiantur eadem die confecta, vnũ pro dote, et aliud pro fiſco. prefertur inſtrumentum dotale. Ita te

net

net Bal.in.l.dotis. C.de iure doci. et in.l. ad exactioné. C.de dotis pro missio. Iason. melius quam alibi in l.1.solu matri.ff.37.num. mirabiliter intelligit prædictam. l. dicit, quod veritas est: in legendo et con sulendo, quod quotienscũq; fiscus, venit ex causa lucratiua, vt puta, quia aliquis est in dignus, vel ratiõe alicuius delicti, sunt confiscata bona. quod in his casibus, et similibus, iudicandum est cõtra fiscum. et in hoc casu loquitur dicta. l. non puto. aut fiscus cõtendit iure proprio ratione contractus, et hoc casu: potius fauetur fisco, quã priuato. allegat tex.in.l.1.§.fina.et ibi Iacobus de Bellaper. C.de cadu. tollen. et in hoc casu, habet fiscus plura priui

legia: quæ enumerantur per Bald. in.l.prima. C.de heredi. vel actio. vendit.et dos,et fiscus,æquiparantur, et ita loquitur Bart. in dicta.l. prima. et si diceretur, pro vt dicit Alexand. quod hęc solutio, est diuinatoria. respondet Iason, quod non est diuinare: sed propria est natura illius.l. si consideratur titulus, sub quo est situata, quia quotiens. l.loquitur generaliter, debet intelligi, secundum titulum sub quo sita est. text.est in.l.Imperator,de in diem adiectio, iste intellectus ad dictam legé non puto,fuit Rapha. Cuma. in dicta. l. prima solu.matri.quem refert, et sequitur Angel, in.l. sciendum, in principio. ff. de appella. recipien. et hęc est veritas

secun-

ſecundum Iaſon. dicta. l. prima, et dicit, quod a nemine, ita eſt declaratum, poſtea vidi Cobarruuias in capitulo decimoſexto. lib. primo. Reſolu. quæ loquitur ſingulariter, et in effectu concordat cum Iaſon.

QVAE-

QVAESTIO vigeſimaquarta.

VIgeſimoquarto quero, et nõ eſt minus neceſſarium, determinare hanc queſtionem, quā alias, an fiſcus teneatur dotare filias hereticorum. hanc queſtionem ſolus Bal. originaliter determinauit in. l. fina. C. de dotis promiſsio. et ibi determinat, quod fiſcus tenetur dotare filias, idem repertorium Inquiſitionis, jn parte dotes. 5. colum. et in parte fiſcus. 4. colum. per predictam determinatio-

nationem Bald. hanc queſtionem mouet Ioan Lupus. in repetitio.c. per veſtras fol. 82.§.23.fina.colũ. incipiens.ſed pulchrum eſt videre, et eam examinat lato ſermone, et dicit, quod ſi pater, tanquam hereticus cõdẽnatur, et eius, filij ſunt catholici, non priuantur ſua legitima vt.l.manicheos, et. l.quicunq;. C. de here.et.l.regni, parti.7.tit.26. l. 3. que iura hodie ſunt correcta, per.c.cum ſecundum leges, de here.in.6.cui ſtandum eſt, cum ſit delictum mere eccleſiaſticum, vt in cap. Inquiſitionis de hereti. lib. 6. §. prohibemus. notat Abb. cap.1. de officio ordi. ſed, quamuis publicentur bona, et applicentur domino tẽporali. dicunt aliqui vt narrat

Pala.

Pala. Ruui. quod is qui ſuccedit, in bonis hæreticorum, ſaltim de ęquitate, et humanitate deberet eorum filios alere, vel aliquid pro alimentis relinquere: cũ vita ſibi relinquatur, qua ſine virtute conſeruari non poteſt, iuſtum eſſe dicunt, vt alimẽtari debeant, vel aliquid pro alimẽtis concedi, ex quo infertur, quod cum dos, ſuccedat loco alimentorum, quod fiſcus teneatur filias dotare vt tenet. Bald. loco allegato, quẽ refert Pala. Ruui. predicto loco allegato, ſed nihilominus, cõtrarium practicatur. per tex. in. d. c. cũ ſecundũ leges, dictus Pala. Ruui. facit diſtinctionẽ, quæ videtur mihi iuridica, quod ſi filij ſint nati poſt delictum cõmiſſum, habet locũ di-

ſpoſitio

spositio dicti.c. cum secundũ leges et quod hoc casu, nõ debent alimẽtari, nec dotari, sed si fuerint nati, vel cõcepti, ante delictũ cõmissum ex quo nati sunt, anteq̃ delictum cõmitteret pater, quod hoc casu, filij debent alimẽtari, et filiæ dotari, quia pater tenebatur ad dotãdũ, et alimentandũ filios, vt in. d.l.fi. C. de dotis promissio. et in.l. qui liberos.ff. de Riptu.nuptia. et in.l. obligamur de actio. et obliga.ff. que loquntur in dote, et in alimentis. l. si quis a liberis.ff. đ liberis. agnocen. in cuius confirmationẽ, facit consilium Calderi. sub.tit. de hæreticis, et est consiliũ tertium, qui ad vtrãque partem disputat quæstionem, cuius fundamẽta: nõ curo recitare,

pro-

propter euitandam prolixitatem, vbi concludit, filios natos ante delictum commissum, non incurrere in penis inhabilitatis. et inter alia fundamenta que allegat. est tex. cũ sua materia in. l. emancipatum. ff. de sena. et tex. in. l. senator. C. de dignita. lib. 12. et. l. filij senatores. ff. ad munici. vbi filius ante natus, ex superueniente dignitate in personam patris, non consequitur priuilegium, vel honorem: et per consequens, si nõ honorẽ, ergo nec penã, vel onus, vt in. l. ex qua pena. ff. de Regul. iuris: pro ista parte, est tex. expressus de iure regni. l. 6. tit. 27. 2. parti. circa finem, finaliter facit, tex. singularis pro ista parte. l. 2. C. de libertis, et eorum filijs, ex qua. l.

Bald.

Bald. dicit delictum patris, numq̃ nocere filio, qui ante illius delictũ natus est sed illi soli, qui postea nascitur, quia hic solus cõtrahit maculam, et radice patris iam infecta: et hanc partẽ, tenet dictus doctor Simãcas, in suo tractatu de hæreti. c. 29. sed cõtrarium tenet doctor de Villadiego, in suo tractatu de hęreti. in quæst. 23. vbi dicit, quod nulla facta distinctione filius hæreticorum, siue genitus ante delictũ, siue post delictum ligatur penis statutis in. c. statutum de hęreti. lib. 6. qui tex. loquitur generaliter idẽ tenet, Frater Alfonsus Castrẽsis in tracta. de iusta hęreticorũ puni. lib. 2. fol. 179. qui satis ad lõgum examinat quæstionẽ pro vtraq; parte. Ioan.

Lupus de pala.in ſua repetitio.fol. 82.citat cõſilium calde. et fundamenta pro vtraq; parte, et nõ ſe determinauit, Couarrubias, tetigit hanc queſtionẽ in lib. Varia.Reſo. lib 2.fol.117.nu.5. ibi quarto queritur,vbi pro vtraque parte,allegat multa,et cõcludit idẽ,quod doctor de Villadiego,et Alfonſus Caſtrẽſis,et reſpõdet ad omnia quæ in cõtrariũ adducuntur,et poſſunt adduci,nihilominus tamen, quo ad propoſitũ in caſu dotis,et alimentorũ, videtur mihi cõſona iuri,diſtinctio an filij ſint nati ante delictũvel poſt delictum quã fecit dictus Ioan. Lupus,loco allegato,per ea quæ ibi dixit maxime allegando conſiliũ.13. Paul.de Caſtro. vbi elegãter decidit

dit patrẽ teneri ad dotandum filiã, que obligatio inheret bonis eius, et tranſit cũ eis ad quẽcunq; vadant, et cũ hec obligatio ſit nata ante delictum cõmiſſum trãſit cũ bonis ad fiſcũ, in cuius cõfirmationẽ allego, tale fundamentum quod alimenta ſunt de iure naturali. Bart. in. l. 1. §. huius ſtudij. 2. col. verſ. quero vtrũ, ff. de iuſti. et iure et in. l. ſi quis a liberis. §. parẽs. ff. de libe. agno. bal. in. l. nõ ſolũ. §. poſſunt de boniſque libe. et ex hoc infertur, quod cũ alimenta ſint de iure naturali, nõ poteſt princeps tollere filio alimẽnta, propterea dũ concedit licentiã ad faciendũ maioricatũ in eadẽ licentia ponit exceptionem, quod relinquãtur alimenta filijs, vt tradit late

Xuarez in repetitio.l.quoniá de in
offi.testa.ego seruaré libéter distin
ctioné, sed nó audeo propter quan
dá instructioné quæ est.num.23.in
1.cógregatione que videtur deter-
minare contrarium in fine eius, en
quanto dize, que si quedaren algu
nos hijos, o hijas de menor edad, q̃
no sean casados, los Inquisidores
prouean, y den orden q̃ los dichos
huerfanos seá encomédados a per-
sonas honestas, y Christianos vie-
jos catholicos, o a personas religio
sas q̃ los crien y sostengan, y los in
formé cerca de nuestra sancta fee,
y q̃ hagan vn memorial delos tales
huerfanos, y dela cődicion de cada
vno d̃llos, sequitur et facit, porq̃ la
merced de sus altezas, es de hazer

mer

merced, y limoſna aquellos q̃ meneſter lo vuieren, y fueren buenos Chriſtianos, eſpecialmẽte alas moças huerfanas con q̃ ſe caſſen, o entren en religion, ex finalibus verbis huius inſtructionis colligitur, non deberi alimẽta filijs hereticorũ, nec dotes, propterea quia cõceditur ibi ex pietate, et in caſu ſpeciali, quando filij ſint minores, et ſic, quod fit ex gratia, proſuponit nõ deberi de de iure, quia fruſtra precibus impetratur, quod a iure cõmuni conceditur, vt in. l. 1. de theſauris lib. 10. et caſus excepti firmãt regulam in cõtrarium, vt in. c. dominus noſter, 33. q. 2. et in. l. nam cũ liquide de penu. lega. ff. et in. c. quoniam frequenter vt lite nõ conteſta. verum

eſt quod prędicta inſtructio potuiſſet, intelligi de filijs natis poſt delictum cõmiſſum, et non de filijs antea natis vel conceptis, et quod dicta inſtructio interpretaretur ſecũdũ ius, vt in. c. cauſamq; de reſcrip. nihilominus tamen indiſtincte practicatur, quod fiſcus, nec dotat, nec alimentat filios hereticorũ, et certe hęc quęſtio indigeret declaratione principis, vt ſeruaretur dicta diſtinctio, quia eſt conſona iuri cõmuni.

QVAESTIO vigeſimaquinta.

Vige-

VIGESI-moquinto quæro, q̃a prædictæ quæſtiones loquntur in deciſione cauſarum fiſcalium, eſt videndum qualiter procedatur in cauſis fiſcalibus, vtrum procedatur ordinariæ vel ſummariæ, et eſt dicendum, quod vbicunque debitum fiſci eſt, liquidum, procedendum eſt ſummarie. l. ſacrilegij. §. fina. ff. ad. l. Iuliam pecu. et. l. quoniã nonnulli de appellatio. C. et ibi Alberi. et. l. paulo. §. fi. ff. de lega. 3. melior. text. in l. miſsi opinatores de exactoribus. lib. 10. ſecus ſi debitũ nõ eſt liquidum tunc requiritur ordo iudicia-

lis.l.defensionis facultas de iure fisci.lib.10. hãc distiuctioné per supradicta iura,facit. Pla.in.d.l.missi opinatores de exactoribus lib.10 idẽ Pla.in.d.l.defensionis facultas, et Bal.in.l.2. quando fiscus vel priuatus.vbi dicit quod ius fisci,est speciale quod si debitum est liquidum proceditur summariæ, per prædicta iura, et quod non requiritur ordo,et sententia,sed in causis priuatorum licet sit liquidum, tamen desideratur sententia, vt in. l. fina. C.de compensa. idem tenet ibi Salicet. et alij doctores, eãdem distinctionem faciunt Bart. et Pla.in l. si qui, de conueuiendis debito.fisci.lib. 10.

REPERTORIVM QVAESTIONUM huius tractatus.

DE

FINIS.

TOLETI
Apud Michaëlem Ferrerem.
M.D.LXIIII.

VIEM
Confes
cados


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm